

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

7. Enochvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

6.

ENOS.

Enos filius Sethi, ea, quæ de Deo ab avo atque patre intra parietes didicerat, extra domum longius extulit, & cum multis aliis communicavit. Videns enim ecclesiæ Cainicæ magnitudinem & profanitatem, de Messia venturo, de sacrificiis, de vera invocatione, de vita cœlesti & beata, non modo suam instituit familiam, verum etiam in vicinia conventus egit, veros ritus docuit, iis contrarios refutavit: tum Cainicæ vanitati & hypocrisi, doctrinam promissionis certam & incorruptam opposuit, contraque diaboli furores, & hostium adversantium potentiam, cœpit invocare nomen Domini. Vixit annos nongentos & quinque.

7.

ENOCHVS.

Enochus Jaredi filius, trinepos Sethi, doctor ecclesiæ veræ, & propheta

pheta
rupelis
simplici
in falso
vere in
factum
prehens
plici m
exemp
ni, &
etiam
& de
centia
sermo
nem
cator
tegre
verfar
jam
morte
re ad
tur:
licto

pheta excellentissimus, nullis corruptelis abduci, aut potentia flecti a simplicitate verbi Dei potuit. Ideo in falsos promissionis interpretes severe invehitur, omnemque mundi fastum & securitatem liberrime reprehendit. In concionibus suis duplici modo impios terruit: cum exemplis presentibus, ut exilio Caini, & poenis aliorum; tum vero etiam minis futuri iudicii, in quo & de factorum protervitate atque licentia, & de doctrinae corruptione sermonibusque blasphemis, rationem sint Deo reddituri omnes peccatores impii. Cum sincere & integre coram Deo in suo munere versaretur, sola ei fide placuit, & jam e vivis excessurus, per fidem mortem non sentit; sed ipso corpore ad vitae melioris gaudia transferatur: exemplo manifesto posteris relicto, alias superesse sedes, in quibus ipsi

de Deo
veritas di-
gnus ex-
omni-
e Caini-
tatem,
is, de
lesti &
tuit fa-
vicinia
ocuit,
amica
trinam
rupram
furores
entiam,
imi. Vi-
nque.

trinepos
, & pro-
pheta

ipsi vita svavi & quieta perpetuo sint fruituri.

8. *LAMECHVS impius.*

Lamechus filius Methusaelis, de Caini stirpe membrum ecclesiae hypocriticae. Cum publice contaminata esset ab ipsius majoribus salutaris doctrina, ipse quoque domesticam violat honestatem, duorumque animorum conjunctionem, quam inter virum atque feminam Deus constituerat, in plures amores divulgat, primusque uno tempore, contra decretum divinum, duas uxores petulanter ducit. Filii ejus, homines ingeniosi, & voluptatibus inescati, ac quaestui servientes, instrumenta musica, & artes fabriles varias, & apparatus ciborum excogitarunt. Lamechus tandem tritavum suum Cainum jaculo traiecit incautus dicitur: cujus caedis atroci

atroci
formidi
portun
est: ne
suam u
rum q
tere.

9. I

Lar
pos E
lium
una c
tem
sum
rum
stante
vener
glecti
verbi
temp
runt
nulla